

Hs. fol. 18^v.

Fr[idericus] etc.

Continuatos felicitati nostre successus nostrorum et imperii et proximam de cunctis rebellibus ^{a)} ad vota victoriam devotionem vestram patimur non latere. Nuper autem nobis existentibus super depopulationem Mediolanensium, in quorum districtu felicia castra nostra triumphant ^{b)}, exiverunt Bononienses rebelles ^{c)} nostri ad eorum infortunium et ruinam, quoddam castrum Mutinensium nostrorum fidelium obsessuri ^{d)}. Ad cuius succursum dum comes Symon, a Papia inferius noster vicarius generalis, Parmensium de mandato nostro potestas, cum militibus et peditibus de Parma et Mutinensibus occurrisset, habito cum eis campestri ^{e)} congressu ^{f)}, licet Bononienses in celo victoriam [sperant], ab eo per fidem provenit et fideles, et dum in brachio elationis sue dicti rebelles ^{g)} posuerint spem vincendi, subcumbunt devicti maxima eorum strage secuta, ut [preter] innumerabilem copiam occisorum ^{h)} victrix catena nostrorum fidelium infinitam militum et peditum [multitudinem] duxerit captivatam. Nos autem districtum Mediolanensium undique devastantes quibusdam castris eorum invictissimis, quacumque procederimus, in facie nostre potentie derelictis et aliis, si qua detinere presumunt, viriliter expugnatis sic intendimus eorum consternare superbiam, quod tam ipsi quam eorum complices similis defleant infortunium sui casus et vobis ac ceteris fidelibus nostris gaudiorum continuetur augmentum.

IV.

(Kaiser) Fr(iedrich II.) dankt einem Bischof für dessen Brief und teilt ihm mit, daß die Verräter im Königreich Sizilien vernichtet seien, daß das Herzogtum Österreich nach dem Tode des Herzogs (Friedrichs des Streitbaren) an seine Herrschaft heimgefallen sei und daß sein Sohn Konrad (IV.) die Tochter (Elisabeth) des Herzogs von Bayern geheiratet habe.

(September 1246) ¹⁾.

Hs. fol. 7^r.

Fr[idericus] Dei gratia etc. venerabili episcopo fideli suo etc.

^{a)} rebelibus *Hs.* ^{b)} triumphant *Hs.* ^{c)} rebeles *Hs.* ^{d)} obsesuri *Hs.*
^{e)} canpestri *Hs.* ^{f)} congressu *Hs.* ^{g)} rebeles *Hs.* ^{h)} occissorum *Hs.*

¹⁾ Vgl. oben S. 401 f. Nr. 21.